BEDA VENERABILIS. VARIA
St. Germain d'Auxerre (?), 1. Hälfte 9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift



quinta pars horae est. Venim
puncti horam faciunt. Unde fit.
ut quia luna in duobus suis mensib;
id est diebus lviiii. quinquagies
& septies terrae orbem circuit.
Aestus oceani per tempus id est
geminato hoc numero id est cxiiii
uicibus exundet ad superiora. &
tot aeq; uicibus suum relabatur
in alueum; Quia luna in xxviiii
diebus uicies octies terrae ambitum
lustrat. & in xii horis qua ad natu
ralis usq; mensis plenitudinem
supersunt. dimidium terrae circuit
orbem. Ut quae uerbi gratia preteri
to mense super terram meridie.
nunc media nocte subterram solem
accendenda consequatur. Per tan
tundem temporis geminatis. aes
tus sui uicibus quinquagies septi
es maria alta tumescunt obicib;
Ruptis rursusq; in seipsa residunt
Quia luna in dimidio mensis spat.
hoc est in xv noctibus ac diebus
quater decies terram circumla
bitur. Insuper & dimidium terrae
semel. Unde fit. ut orientem
plena uespere teneat. quae pri
dem noua uespere occidentem
tenuerat. Mare per id tēporis

uicies nouies adfluit simul & reme
at; Et sicut luna per dies xv.
ut diximus naturali cursus sui
tarditate de occidente in orientem
uespertina refunditur. & quae
matutina hodie orientem tene
bat. post dies xv matutina in oc
cidente uidebitur. Ita & iam
aestus oceani nunc uespertinus
post dies xv fit matutinus. At ꝯ
matutinus cotidiano detractus
in pedimento uespertinus ad sur
get. Et quoniam lunam per annum id est
menses xii suos qui sunt dies
cccliiii xii uicibus minus hoc est
trecentis quadragies & bis terrae
ambit orbem; Aestus oceani tēpo
re eodem dclxxxiiii uicibus &
ipse terras adluit ac resilit.
Imitatur autem lunae cursum
mare non solum communi acces
su & recessu. sed & iam quodam
sui status profectu defectuq; per enni.
Ita ut non tardior solum quam pri
die. Uerum & iam maior minor ue
cotidie redeat aestus. & crescentes
quidem malinas. decrescentes
autem placuit appellare ledones.
Quia alternante per septenos octonosue
dies successu mensem intersequēq;